Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26218
Copyright: Admont, Benediktinerstift



104

n cernit. psalmista testat dicens. Qui tenebras po
suit latibulum suum. Et iterum. Iudicia tua abyssus
multa. atq; iterum. Abyssus sicut pallium amictus eius.
Vnde bene etiam psalmonem dicit. Sic ignoras quomodo sit
uia spiritus. et quomodo ratione compingantur ossa in uentre preg
nantis. sic nescis opa dei qui fabricator est omnium.
Vt enim unum e multis loquimur. duo ad hanc lucem par
uuli uenuunt. sed unus datur ut ad redemptionem per
baptisma redeat. alter autem ante subtrahitur quam hic
regenerans unda perfundat. Et sepe fidelium fi
lius sine fide rapitur. sepe infidelium excesso fidei
sacramento renouatur. Sed fortasse aliquis dicat quod
hunc dominum acturum praue etiam per baptisma noue
rat. Id circo eum ad baptismatis gratiam non perducat.
Quod si ita est. peccata grunda peculdubio prius quam
sint perpetrata pununtur. Et quisita recta senti
ens dicat. quia omnipotens dominus quos appetratis facino
ribus liberat. hec in aliis etiam non perpetrata condepnat.
Occulta itaq; sunt eius iudicia. Iquanta obscuritate
nequunt conspici tanta debent humilitate uene
rari. Dicat quomodo. Geminto quod ignores opus eius. de quo ce
cinerit uiri. ac si apte diceret. De eo fortes quoque lo
cuti sunt. eius opa tue mentis oculis absconduntur.
quia mensura tue noticie eo ipso quo humanitate cir
cumscriberis transeunt. Sequitur. Omnis homines
uident eum. unusquisque intuet pcul. Omnis homo eo
ipso quo racionalis est condit debet er ratione colli
gere eum quem se condidit dominum esse. quem numerum ia uidere
est ia dignatione illum cognoscere. Cum dictum sit.
omnis homines uident eum. recte subiungitur.

D. M.